



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 4. Rex a Joanne Castello in labiis vulneratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

„confiliis, quæ adversus me cuditis, Sæcul. XVI.  
 „opponam. „ Receptis hisce regis lite- A.C. 1594.  
 ris Archidux nullum reddidit respon-  
 sum, quocirca utrinque bellum paratur,  
 ac jamjam Rex ad Arthesiæ fines co-  
 pias suas admovens Audomaropolin,  
 & Atrebatum inopina vi obruere ten-  
 tat: verum vani erant illius conatus,  
 unde ingravescente hyemis rigore inde  
 reverti coactus die vigesima septima De-  
 cembri Parisios venit, in Buchagii Pa-  
 latio prope Luparam diversatus, atque  
 ocreis nequidem exutis Liancurtiæ,  
 quam plurimi habens sua amicitia digna-  
 batur, cubile ingressus est, comitantibus  
 eum SueSSIONENSI, & sancti-Pauliano  
 Comitibus, pluribusque aliis Proceribus.

§. IV.

*Rex a Joanne Castello in labiis vul-  
 neratus.*

Henricus cum ad excipiendos duos  
 Belliduces, qui eum salutatum ve- Avil. l. c.  
 nerant, propius accederet, juvenis qui- Journal l. c.  
 dam Aulicorum turbæ immixtus Re- Jouvenci.  
 gem usque ad cubile comitabatur, de- hist. Soc.  
 mum vicinior factus cultrum Regis collo- t. 2. part. 5.  
 ingere tentat, cum vero Henricus eo-  
 dem momento utrumque hunc Bellidu-  
 cem genuflexum erecturus sese incli-  
 naret, ictus nonnisi maxillam inferio-  
 rem prope labia attigit, ac culter ad

Ff 3 den-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1594

dentem allisus haud ultra penetrans obtorpuit: mox autem, cum Rex se vulneratum esse exclamaret, Sicarius e cubili aufugere tentat, cum vero fores essent occlusæ, in Sueffionensis Comitis manus incidit, ubi prius cultrum, quo Regem percussit, fugam arripiens in terram projiciebat.

Erat hic Sicarius novemdecim annorum Juvenis nomine Joannes Castellus Parisiis locupletis mercatoris Filius, tætræ indolis, ac vita omni vitiorum genere inquinata semper infamis, qui sibi persuasum habebat, quod Rex Ecclesiæ re ipsa reconciliatus non esset, insuper cum eum tyrannum esse sentiret, si illum trucidaret, ingens Deo obsequium se præstituturum existimabat: ceterum abs dubio irruente turba mox debitas sceleris sui pœnas dedisset, nisi Rex illorum, qui eo inspectante hunc Parricidam in frustra discerpere parabant, intempetivum fervorem cohibuisset, præcipiens, ut supremo Palatii Præfecto traderetur, qui eum etiam ad carceres conduxit.

S. V.

*Joannes Castellus examinatus.*

Paulo post primo coram Parisiensi Præfatore, ac postea in Senatu de suo crimine interrogatur, ubi semper idem dederat responsum, fassus, quod jam a longo tempore Regem trucidandi occasionem